

— Spoletii Faroaldus II, filius Transamundi, dux. PD. VI, 30. C. 703.

* — — Gisolfus dux (Beneventanus) confirmat monasterio S. Vincentii nuper a Paldone, Tatone, Tasone super Vulturni fluminis fontem constructo omnes possessiones, inter quas monasterium S. Petri, 'quod', inquit, 'domna Theoderada avia nostra constituit iuxta fluvium Sabbati'. Chron. Vultur. ap. Muratori, SS. I, 2, 347; Troya 648 (qui praeceptum Gisulfo II. tribuere mavult, at Muratorio iam suspectum, genuinum vel saltem integrum nullo modo haberi potest). 38

704. Ind. 2— Spt. 1—3; Ariperti a. 3. 4.

Jul. 26. In Valle Sturensi in coemeterio S. Martini. Epitaphium Bertaldi presb. 'qui deces. . . sub diem VII. Kal. Aug. regnante dn. n. Aripertus rege an. III'. Durandi, Pedona etc. p. 121; Troya 370. (Aut huic aut sequenti aut anno 657. regnante Ariperto I. tribuendum).

C. 702—704.

— Campaniam Gisulphus dux Beneventanus vastat. Lib. pont. ed. Vign. I, 316.

705. Ind. 3— Spt. 1—4; Ariperti a. 4. 5.

*Mart. — Jun. 30. — Faroaldus dux Spoletanus commendat Johanni (VII.) papae Thomam abbatem eiusque monasterium Farfense. Reg. Farf. n. 2. Muratori, SS. I, 2, 329; Troya 373. (Epist. Muratorio suspecta). 39

*Jun. 30. — Johannes (VII.) papa monasterii S. Mariae Farfensis possessiones confirmat, privilegia constituit, petente Faroaldo duce Spoletano. Reg. Farf. 3; Muratori SS. I, 2, 332; Troya 374; Jaffé 1646. (Di Meo, Ann. II, 219 spuriam iudicat bullam). 40

706. Ind. 4— Spt. 1—5; Ariperti a. 5. 6.

Oct. 9. Ticino in palatio. Aripertus rex confirmat ecclesiae Vercellensi eiusque episcopo Emiliano omnes possessiones, submittit monasterium S. Michaelis archangeli, quod Gauderis monachus, quondam miles, loco Laucedio construxerat, donatque eidem monasterio 'terram incultam, ubi est Ceredallum. Dato . . . a. regni septimo per ind. quinta'. Durandi, Cacciatori Pollentini p. 91; Tenivelli, Biogr. Piemontese I, 117; Hist. patr. mon. I, 7; Troya 377. (Praeceptum Ariperto I. tribui potest, at eius quoque regni anno VII. indictio V. non convenit). 41

— Beneventi Romualdus II, filius Gisulfi I, dux. PD. VI, 39.

705—707.

— — 'Aripertus rex donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quod longa per tempora iure Romanae ecclesiae